



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temulentia
Malo, Eiusque Remediis, Variis Item Scitu Iucundissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XXX. Temulentorum effugium nonum; à confusione & pudore
recusantium bibere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

petierat Antagonista. Ego panis tantum vorare nequeo,
aiebat: Nec ego tantum, quantum tu, vini exantlare,
subinferebat alter. *Vivito tu, itaq; tuo, me, s'inas meo
vivere modo. Tu bibe quantum voles; ego contra com-
dam. atq; ita elusis bibonibus euasit ipsorum violentam
temeritatem. ratum & tu habe si vel semel atq;
iterum istam importunitatem viceris, missum te de-
inceps vti que facient. Et si minus contingat, si vexa-
re pergant, an cœlum ruet? Ne vereare quod Theog.*

*In senten-
tiâ,*

Ἔρ μοι ἔπατα πῶσοι μέγας οὐρανὸς εὐρύς ὑπερβέρ-
χάλλει, ἀνθρώπων δ' ἔμα παλαιγενέων.

Deinde meo vastus capiti illabatur Olympus
Ferrens; antiqui quod metuere vini.

CAPVT XXX.

*Temulentorum effugium non um, à confusione et
pudore, recusantium bibere.*

*Obiectio
nona,*

Non respondeam, mussitant alii, ludibrio omnibus
exponor, contemptim habeor, Societatibus ac sym-
posiis amicorum excludor, qui inter homines verser, in-
dignus iudicor; atq; ita sepe numero publicè confundor.
Vt pudeat, pigeat q; inter homines agere. Quæ ut effugiam
incommoda, annon præstabit, vna cum illis, extra licet
necessitatis morem, potitare? Et damni aliquid sufferere
dum, ad redimendas iniustas diuexationes, suadent iure-
confulti.

Responsio.

Solutio.

Detur primùm; te pudore affici à Temulentis, eò
quod à sobrietate nolis desciscere: permittamus; te
ab illis exagitari conutiis atque aculeatis diceris,
quibus huiusmodi hominum genus, inter pocula
maximè, pollet. Esto, instar implumis illius cornicu-
li.

inexhiberis: Ipsorum iudicio, sis anser inter olores, ceriunculam aliquam incurras. Quid? Hæccine tibi virtutis admirabilem dignitatem ac splendorem eripiant? hæccine, vt infinitas malorum myriades abas omittere, à Dei gratia te diuellant? Annon potius per saxa per ignes excurrendum? annon libentius vita & sanguis telorum ictibus exponenda? Euge, vir sis, animi excelsa magnitudine bruta huiusmodi fulmina sunt excutienda; imò non fulmina, sed fulgura quasi, nihil lædentia, nisi quod in tui præsentis oculos incurrant, & aliquam post se offensiunculam relinquunt.

Ne tuam ita metuas umbram; cordatior atq; audentior ito, aduersus hæc friuola & vanissima territorialia, pudor non est ob virtutis, ac præsertim sobrietatis amorem, cacchinis temulentorum emacerari. Vix enim boni aliquid à quoquam suscipiunt, quod suos non illicò, sufferre cogatur derisores, atq; calumniatores. Ea scilicet est prauorum ingeniorum, quæ corruptissimis moribus, imbuta, atq; institata sunt, malignitas, ea peruersitas, vt si virtutem in aliquo elucere conspiciant, quam ipsi nec velint, nec faciliè, ob inertiam possint imitari, ad deridicula, & verborum deliramenta, & inanes quasdam terroris laruas, perfugii solatium constituent; quibus tu generosa ac sobria indoles, non magis, vt hastam abiicias, quam anseris intentato morsu, moueare. Quæ mentis constantia non parua ad laudem tuam fiet accessio. De repulsa iniustæ vexationis, *Axioma* illud Legistarum, quid ad nos, ni damnum illud, quo redimatur offensa Dei vacet? Atqui hoc non vacat. Ergo oculus in manu quod aiunt, ne falsa quam boni specie, in fraudem pellectus, vitio immergaris.

ris.

Q 2

CA.

*Derisiones
Temulentorum
sobrio viro
spernenda.*